Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

i sermone de passione.

uelum templi scinditur quia exinde Christus euolutus in partes et uelut prior cum custodia angeli protegentis auferetur. Leo papa. Et ad testimonium uenerande passionis sufficiens signum elementorum inopinata turbatio uidetur. Sequitur. Et terra mota est. et petre scisse sunt et monumenta aperta sunt. Ieron. Nulli est dubium quid significet iuxta litteram magnitudo signorum ut crucifixum dominum suum et celum et terra omnia demonstrarent. Hylar. Mouetur terra capax enim huius mortui esse non poterat. petre scisse sunt. omnia enim ualida et fortia penetrans dei uerbum et potestas eterne uirtutis irrupserat. Et monumenta aperta sunt enim mortis claustra reserata. Sequitur. Et multa corpora sanctorum que dormierant. Illuminans enim mortis tenebras et inferorum obscura collustrans mortis spolia detrahebat. Centurio. Ipse quidem centurio

Tomes.

te manente cum tenentes dicebant alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere.

turio autem et qui cum eo erant custodientes ihesum uiso terremotu et his que fiebant. timuerunt ualde dicentes. Vere filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multe a longe. que secute fuerant ihesum a galylea ministrantes ei. Inter quas erat maria magdalene et maria iacobi et ioseph mater et mater filiorum zebedei.

Et quod mulier fateatur nolunt. in sermonem corporum cum multa scilicet habundantia demonstrauit. Si enim quod dudum unum lazarum exsurgere magnum fuit. multo magis eos resurgere qui olim dormierant. apparere uiuentes quod future resurrectionis erat indicium. ut autem non putarentur esse fantasma quod tamen est euangelista subiungit. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciuitatem et apparuerunt multis. Ieron. Quomodo autem lazarus mortuus resurrexit. sic et multa corpora sanctorum resurrexerunt ad ut dominum ostenderent resurgentem. Et tamen cum monumenta aperta sint non ante resurrexerunt quam resurgeret dominus ut esset primogenitus resurrectionis ex mortuis. Sanctam autem ciuitatem in qua uisi sunt resurgentes. aut ierusalem celestem intelligamus. aut autem hanc terrenam que ante sancta fuerat. Sancta enim appellabatur ciuitas ierusalem propter templum et sancta sanctorum et ob distinctionem aliarum urbium in quibus ydola colebantur. Quod uero dicitur apparuerunt multis ostenditur non generalem fuisse resurrectionem que omnibus appareret. sed spiritualem ad plurimos ut hii uiderent qui cernere merebantur. Remig. Queritur autem quid de illis factum sit qui resurgente domino surrexerunt. Credendum quippe est quoniam ideo surrexerunt ut testes essent dominice resurrectionis. Quidam autem dixerunt quod iterum mortui sunt et in cinerem conuersi. sicut lazarus et ceteri quos dominus resuscitauit. Sed istorum uerbis nullo modo est fides accommodanda quoniam maior illis esset cruciatus qui surrexerunt si iterum mortui essent. quam si non resurgerent. Incunctanter ergo credere debemus quod qui resurgente domino a mortuis surrexerunt ascendente eo ad celos et ipsi pariter ascenderunt. Orig. Semper autem est eadem magnitudo credere.